



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Epistola Petri Suauenij Mosellani discipuli. Cum apologia  
sua Ioanni Cellario p[ro] defensione sui præceptoris  
missa**

**Swawe, Peter**

**[Leipzig], 1519**

**VD16 S 10334**

N. P. Discipvli. D. Ioannis Cellarii Epigramma extemporariu[m], ad  
studiosum lectorem, quo p[re]cauptore[m] laudat, et qualis  
qu[a]ere[n]dus sit praescribit

**urn:nbn:de:hbz:466:1-32566**

N.P.DISCIPVLI.D.IOANNIS CELLARI

Epigramma extemporariū, ad studiosum lectorem,  
quo p̄cæptorē laudat, et qualis querēdus sit præscribit,

Conscensure breui sophie venerabile culmen  
Parnassum fauste mox aditure gradu?  
Factibi doctiloquus monstret normamq; modumq;  
Præceptor, vita candidiore nitens  
Qui placidus mista tenere grauitate iuente  
Causa verecundi s̄epe ruboris erit.  
Quemq; sacros nitido mores sermone docere  
Et iuuat, et plenis viribus vrget opus.  
Cui pia verbigenę christi religio cordi est,  
Cuius virtutum vita tñore nitet.  
Quem neq; spurca venus, neq; lubrica gaudia mundi,  
Nec valet a fana vertere mente, merum.  
Quorum tanta tibi quoniam nunc copia preſto est  
Possit iudicium ſistere ut illa meum.  
Attamen o iuuenis, vero si fidis amico  
Ista tuo condas, pectore verba, precor.  
Viribus ille meus totis Cellarius inſtat  
Quo linguae sancte dogmata sancta ferat.  
Te doctum reddat, facilicq; viacq; modoq;  
Sacratis doceat scripta Moſea notis.  
Hunc scriptis quoniam nuper lacerauit iniquis  
Mordax, indoctus, non bene ſanus, iners.  
Cogitur inuitus ſimiles nunc reddere partes.  
Sepius inſontem ne petat iste ferox.  
Qui ſi non talem mordendi ponere mentem  
Destinet, et famę parcere deinde viri.

Conspicies lector. mordaci armabor Iambo,  
Sicq; breui loqueū. crede misellus amer.

τελος

SEQVITVR EPISTOLA PETRI  
SVAENII CVM CACO  
LOGIA SVA IOAN-  
NI CELLARIO  
MISSA,

A ii

Q.M. ad meos